ad mortem et nec penitenciam nec aliquid boni fecerunt
et qui non crediderunt dominum ihesum christum natum de maria
virgine quando os pueri apertum est et audiuit eos fle-
tes et gementes velut tonitruum magnum beatus
Michahel et et sanctus Paulus aspiciebat in celum et
in terra viderunt animam iniustam portare per dia-
bolos septem adducentes ad infernum et clama-
bat omnes angeli dicentes ve ve anima
misera opera mala fecisti et dyaboli susceperunt
eam et miserunt eam in tenebris ubi erat fletus et
stridor dencium Et in inferno erat ululatus magnus
Et angelus ait ipsi · Credis et cognoscas quod hec
fecit idem ~~fecerit~~ accipit Post subito ad-
duxerunt animam iustam et ~~a~~ angeli portantes
de corpore ad celum et audierunt milia milium an-
gelorum et dicentes beata o anima dulcissima o
sponsa christi o anima beata cum christo letare hodie quia
fecisti voluntatem dei et dicebat omnes qui erant
in inferno videntes animam iustam et angelos
ascendentes cum ea et clamor factus est magnus
in inferno quia populus et terra mouebatur et filius dei
descendebat de celo et dyadema erat in ca-
pite suo et fleuerunt. s. m. et s. p. cum maximo
fletu veniebat ante deus vide eos illos
qui sunt in inferno et totos omnes qui sunt in aliis
tormentorum Tunc videntes dominum qui sunt in in-
ferno clamauerunt cum maximo ore et fletu
ad eum dixerunt Christe fili dei miserere nobis
in hoc sancto die dominico da nobis requiem
dominus dixit ~~eis~~ eis non licet vobis dare requiem
nec ullam requiem quia vos semper male facere
voluistis et cogitabatis et nunquam voluistis de malo
conuertere in bonum [illegible] Dignum est vobis remane-
re in tormentis Tunc ~~sanctus~~ sanctus Michahel et sanctus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 758, p. 96 – Miscellany with medical texts, Lumen animae and exempla (http://www.e-codices.ch/en/csg/0758/96)